



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Quando Sacra Hostia vel ejus fragmenta decidunt n. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

bus, qui & occurrere possunt, & habentur in Rubricis Missalis, quibus tamen ad complementum tractationis, nostrum erit in hoc §. breviter colligere.

*Quando Sacra Hostia, vel eius fragmenta decidunt.*

**E**T primo quidem, quid agendum, si Hostia, vel eius fragmentum dilabatur in terram inliguam, vel quid simile solidum? Reverenter accipiatur, locus mundenetur, aliquantulum abradatur, pulvisque, seu abrasio in Sacrarium mittatur. Quod si ceciderit extra Corporale, in Mappam, seu quodcumque linteum, pannum, lanam, sericum, &c. diligenter lavetur, ac lotio in Sacrarium effundatur, ut in simili de effuso sanguine diximus supra §. 7. v. 1.

2. Sed quis lavabit? Certe Sacerdos: verum puto in rigore; Clericum, vel Sacristam posse, (cum par sit

sic ratio) qui potuit supra & lavare  
 Corporalia, & Purificatoria. Addo  
 tamē id intelligi, quando est lavā-  
 dum aliquid ex tactu Sacrae Hostiae  
 nam illud, supra quod effusus est  
 Sanguis, omnino à sacerdote, vel  
 saltē (si sacerdos forte non possit) à  
 Diacono est lavandum. Ratio est,  
 quia per se, & semper in hoc casu  
 est contingendus Sanctissimus Sanguis  
 in panno imbibitus, quod non  
 est ibi, nec in lotionē Purificatorij,  
 in quo esse imbibitum aliquid Sanguinis  
 est raro, & per accidens, ut  
 diximus lib. 1. c. 2. §. 1. n. 8.

3. Torfit olim sacerdotem frag-  
 mentum Sacrae Hostiae, quod per  
 collum cecidit in partes interioris  
 tunicæ cuiusdam Mulieris. Rursus,  
 quod, alia vice cecidit in barbam  
 viri, dum communicarent. Profe-  
 cto in his casibus honestatis, & de-  
 centiaratio maximè est habenda,  
 quod si per accidens fragmentum  
 deperdatur, Deo, & Angelis com-  
 man-

2 Supr. lib. 1. c. 2. §. 2. n. 1.

mendetur. Potuit ergo mulier illa  
 ex se videre, an fragmentum inve-  
 niri, & ab extractis à se parumpet  
 vestibibus, & foras modeste expor-  
 ctis, à sacerdote accipi: secus, ipsa  
 Mulier accipiat, immittat in Piri-  
 dem, digitosque laver, projecta in  
 Sacrarium lotionem. Neutrū, si pos-  
 sit, relinquatur. Immo, si sacerdos  
 solus vidit parvū fragmenti casum,  
 & probabiliter advertit fore nota-  
 bilem Mulieris turbationem, vel a-  
 stārium offensionem (id quod cer-  
 tē regulariter adest) si de re mulier  
 advertatur, nihil dicat sacerdos, sed  
 totum remittēs Deo, progrediatur  
 in suo Ministerio, hoc enim nunc  
 requirit ipsa reverentia, & cultus  
 Sacer. Simile quid de illius viri bar-  
 ba dicendum est, si enim sacerdos  
 modeste potest, & sine viri offe-  
 sione accipiat; secus, Deo comitē-  
 der; Quod si potuit accipere, ne de-  
 inde sit sollicitus, tentare, vel præ-  
 cipere prædictæ barbæ lotionem,  
 melius enim est vitare turbationē:

Fide-

Fidelium, quam Rubricarum apicem, ejusmodi cautelas præcipientem observare. Ex his, similia quæ facile occurrere in dies solent, ex ipse colligere potes.

*Quid si Sacramentum evomit  
contingat.*

4 **S**I sacerdos evomat Eucharistiam, species autem integræ appareant, reverenter assumantur, nisi nausea fiat, secus separentur, & in loco sacro reponantur, donec siccentur, seu corrumpantur; tunc enim comburendæ sunt & cineres in Sacrarium proiciendi. Si species non appareant, & corruptæ iam iudicentur, totus vomitus similiter comburatur, cineresque in sacrarium immittantur. Ex quo apparet nõ esse audiendũ Paludanũ,  
g &

*a In Rubric. Miss. de defec. occur.*  
*num. 14.*